



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.36. Epistolæ ad Principes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](#)

Episcopos ait: *Tanta Anglorum multi-* Sæculum VII
tudo ad Fidem convertitur, ut testante A. C. 601.

Fratre nostro Augustino viri illi, quos
prædicationis Socios initio acceperat, in
amplissima Regione non sufficiant. Hinc
aliquot Monachos cum Laurentio Presby-
tero & Mellito Abbe ad eum mittimus,
rogamusque, ut omnia Charitatis officia
iisdem exhibeatis. Sic nibil erit, quod
iter eorum impedit, vosque tam pii Ope-
ris, & meriti participes eritis.

§. XXXVI.

Epistolæ ad Principes.

Ad Reges quoque S. Gregorius epistolas dedit, videlicet Theodoricum Regem Burgundiæ, Theodebertum Fratrem ejus Regem Austrasiæ, & Brunechildem Aviam eorum. Item Clotarium Juniorem in Neustria regnantem, annis abhinc quatuor nempe anno 597. Fredegunda Matre orbatum. Epistolarum istarum ad Principes eadem est Summa. Hor IX. ep. 54.
 tatur, ut Synodus in Simoniacos con- 55.
 gregari jubeant, gratias agit pro bene-
 ficiis Augustino præstitis, & rogit, ut
 eadem Clementia viros, quos ad eun-
 dem mittit, foveant. Duæ etiam epi- IX. ep. 56.
 stolæ ad Brunechildem datæ sunt, in qui- IX. epift. 64.
 bus S. Gregorius Reginæ fidem & amo-
 rem Religionis summis laudibus extollit;
 sed aliquo post tempore alia epistola ad

N n 4

ean-

Sæculum VII eandem data hortatur, ut quosdam E.
A. C. 601. pscopos corriperet, de quibus ad Pontificem perscriptum fuerat, tantam eorum vitæ esse licentiam, ut scandalum Fidelibus crearent. Cum in illis, inquit, quorum esset his malis mederi, zelus Sacerdotalis desideretur (nempe Metropolitis) mibi scribe, ut tuo consensu virum mittam, qui in hac peccata inquirat. Quando enim scanda la removeri possunt, nihil dissimulandum, ne nos quoque aliorum criminum rei efficiamur. Igitu animam tuam salvare satage, & Nepotibus tuis consule, si cupis, ut feliciter regnent. Cura, ne crimina atrocia impunita maneant, priusquam Creator tuus percutiendum dexteram extendat. S. Gregorius tristia fata præsagiisse videtur, quæ huic Reginæ, & generi ejus imponerentur.

Regi quoque Anglorum scribere S. Gregorius, & Reginæ Conjugi ejus, quam Adilbergam vocat, quamvis alii dicant Bertham, neutquam omisit. In exordio epistolæ gratias agit, quod Augustino fuerit patrocinata. Tunc illam S. Helenæ comparat Constantini Manu, IX. epist. 57. cuius operam, inquit, Deus adhibuit, ut Romani ad fidem Christianam amplectendum excitarentur. Hortatur, ut Regem Conjugem in zelo Religionis confirmet, & sic reparet errorem admissum, dum

eum ad Conversionem impellere tamdiu Sæculum VII
distulisset. Tum excitat, ut omnes Sub- A.C. 601.
ditos populos ad fidem adducere adla-
boret, & subjungit: *Pietatis tuæ fama*
non Romam modo, ubi ardentissime pro
incolumentate tua oratur, sed etiam in di-
versa loca & usque Constantinopolim per-
vasit, quam Imperator non ignorat. In IX. epist. 60.
epistola ad Regem Ethelbertum, quem
Aldibertum nominat, hortatur Princi-
pem, ut Gratiam acceptam fideliter cu-
stodiat, Fidem inter Subditos suos dila-
tet, Idolorum cultum aboleat, Templa
destruat, bonos mores hortatu, blandi-
tiis, minis, præcipue vero suo exemplo
in Angliam invehat; eique Constantini
Exemplum imitandum proponit. Sua-
det, ut semper Augustini Episcopi mo-
nita sequatur, & tanquam amicorum
optimum colat. Tandem nomine S. Pe-
tri mittit dona, quæ dicit esse parva,
quamvis essent magnifica, ut videlicet
animum Barbari Regis rerum sensibilium
splendore demulceret. Epistola ista ea- Bed. hist. c. 32
dem die, qua illa ad S. Virgilium Arela-
tensem, nempe 22. Jun. anno 601. da-
ta est.

§. XXXVII.

Epistola ad Augustinum.

Tandem S. Gregorius S. Augustino scri- IX. epist. 58.
psit duas epistolæ, quarum poste-
N n s rior